Quelle: https://manuscripta.at/?ID=1228
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



42

deret uana loquebatur: cor eius congrega
uit iniquitatem sibi. Egrediebatur foras:
et loquebatur in idipsum. Aduersū me
susurrabant omnes inimici mei: aduersū
me cogitabant mala michi. Verbum in
iquum constituerunt aduersum me: num
quid qui dormit non adiciet ut resurgat.
Etenim homo pacis mee in quo sperabā:
qui edebat panes meos magnificatur sup
me supplantationē. Tu autem domine mi
serere mei et resuscita me: et retribuam eis.
In hoc cognoui quoniam uoluisti me: quo
niam non gaudebit inimicus meus super
me. Me autem propter innocentiā susce
pisti. et confirmasti me in conspectu tuo in e
ternū. Benedictus dominus deus israhel
a seculo et in seculum: fiat fiat.
Quemadmodū desiderat ceruus ad
fontes aquarū: ita desiderat anima
mea ad te deus. Sitiuit anima